Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0002-6

# DE
# VSV CONIVRATORVM
## APVD SAXONES

DISSERIT

ET

AD AVDIENDAM ORATIONEM INAVGVRALEM

PRO RITE SVSCIPIENDO

PROFESSORIS IVRIS SAXONICI

IN HAC ACADEMIA MVNERE

D. MAII MDCCLXVII.

HABENDAM

INVITAT

D. ERNEST. GOTTFRIED CHRISTIANVS KLVGEL

FACVLT. IVRID. ET IVDICII PROVINCIALIS IN LVSAT. INFERIOR. MARCHIONATV ASSESSOR.

*VITEBERGAE*

EX OFFICINA GERDESIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0003-2

Iusiurandum ab omnibus terrarum populis pro ea, quae re ipſa eſt, maximi videlicet momenti, habitum ſemper fuiſſe actione, omnis aevi ſcriptores ſatis luculenterque teſtantur. Enimvero, cum perverſa hominum indoles ad mendacia et fraudes admodum ſit proclivis, [a] ſaepe numero autem deſit occaſio, earum probationibus impedire exitum, hoc egerunt gentes, ut, praeſentiae numinis commonefaciendo, perterritos metu vindictae divinae a doli falſique conſectatione ad amplectendam abducerent veritatem, eumque in modum rerum publicarum proſpicerent ſecuritati. Id quod

 de

[a]) Bene haec expreſſit Thomaſius in inſtitut. iurisprud. divin. Lib. II. cap. IX. §. 1. *ſi integer manſiſſet homo, iuramenti quidem nullus fuiſſet uſus, hoc enim in ſubſidium naturae corruptae tantum introductum eſt, quia in ſtatu corrupto non aliud ſuppetit nobis medium, quo in eo, qui aliquid aſſerit vel promittit, fallaciam aut perfidiam, in altero vero, cum quo negotium eſt, dubitationem et incredulitatem ex intentione noſtra ſupprimeremus.*

de Romanis nobis reliquit ex XII. Tabularum lege b) Cicero: c) *nullum vinculum ad adſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt*, et Gellius: d) *iusiurandum apud Romanos inviolate ſancteque habitum ſervatumque; id enim moribus legibusque multis oſtenditur.* Praeſertim autem tanta finiendarum litium vis eſt iuramenti, ut vix cuiusvis alius rei ſit maior, propterea quod, quamvis probationes vtramque in controverſiis compleant paginam, caeterae tamen propter litterarum diſſimilitudinem, variam teſtium conditionem et fidem ſaepe numero lubricam, praeſumtionumque incertitudinem ſaepiſſime maximis implicentur dubitationibus. Bene itaque ſcripſit Caius in Commentarii ad edictum provinciale Romanum Libro V. *maximum remedium expediendarum litium in uſum venit iurisiurandi religio, qua vel ex pactione ipſorum litigatorum vel ex auctoritate iudicis deciduntur controverſiae.* e) Vix neceſſe erit, ut addam, hanc ſententiam ab Apoſtolo f) approbatam, adeoque non ſolum iuri naturae, ſed ipſi etiam divinae revelationi g) eſſe conſentaneam

b) Hanc legem XII. Tabb. quae decimae adſcribi ſolet tabulae, ita pro more ſuo effert et reſtituere conatur Funccius: *iouris iourandei ad ſtrincendam fidem macſuma vis eſtod.*

c) Lib. III. officior. cap. 31.

d) Noct. Att. Libr. VII. cap. 18.

e) L. I. D. de iureiur.

f) ad Hebr. VI, 16.

g) Nolo hic immorari his, quae obiiciuntur ex Matth. V, 34. ſeqqu. quibus iam ab aliis ſatisfactum eſt. conf. cap. 26. X. de iureiur.

neam. Quamobrem, licet tanta ſemper fuerit iurisiurandi poteſtas, tanta quoque ſanctitas ac veneratio, multi tamen cum nimis faciles et leves ad iurandum provocarint, h) quaſi illud idem eſſet negotium, quod minorem, ac ullum aliud, proſceret curam, animique intentionem, non eſt mirum, pleraſque gentes eidem addidiſſe ſolennitates aut plures, aut pauciores, prout poſtulare viſa eſt ſive gentis fallacia, ſive rerum gravitas. Quarum primam praeſtantiſſimamque eſſe puto, ut expreſſa nominis Divini fiat mentio, de qua, tamquam aliquo praecipuo, ita Vlpianus Libr. XXVIII. ad Edictum ſcripſerat: *qui per ſalutem ſuam iurat, licet per Deum iurare videtur,* i) *reſpectu enim divini Numinis*



h) Hoc ipſi olim iam doluerunt Romani, eamque ob levitatem praetor in his, quae ſub conditione iuramenti in teſtamentis relicta erant, ſive legata fuerint, ſive hereditas, ſive fideicommiſſum, conditionem pro non ſcripta pronunciavit L. 8 D. de condit. inſtitut.

i) Qui iusiurandum per Creaturas licitum non eſſe Chriſtianis tradunt, recte eos docere non inficior. Ipſis enim hanc ſuam Salvatoris noſtri ſanctiſſimi verbis ſupra iam iam allegatis comprobant et defendunt ſententiam. Gentes vero eum in modum iuraſſe, notiſſimum eſt, et innumeris omnium ſaeculorum monumentis confirmatur. Sed iſta Vlpiani verba credere, niſi me fallunt omnia, nos iubent, eas, certe non omnes, adeo leves aut ſuperſtitioſos non fuiſſe, ut earum rerum in tali iureiurando teſtimonium ſibi quoddam fingerent, vel ab iſtis rebus auxilium ſperarent, vel metuerent poenam, quin potius illa accepiſſe, tanquam iuramenta fierent intuitu Dei, qui omnium rerum auctor eſt et moderator. Quod liceat porro colligere ex eiusdem Vlpiani verbis L. 5. D. de iureiur. *Divus Pius, iureiurando, quod propria ſuperſtitione iuratum eſt, ſtandum reſcripſit.* Praeterea Philoſophiae Stoicae (quae ICtis Romanis adeo placuit, ut anima iurisprudentiae Roma-

*ita iurat, attamen, ſi non ita ſpecialiter iusiurandum ei delatum eſt, iuraſſe non videtur, et ideo ex integro ſolenniter iurandum eſt.* k) Idcirco moris erat antiquarum etiam gentium, ſolenni modo per Deum, vel, pro eorum ſuperſtitione, per deos iurare, veluti fiebat in iureiurando Senatorum Romanorum: *iuro per Iovem Olympium, et Conſiliarium, et per Veſtam Conſultricem, et per Iovem Maritalem, et Iunonem Maritalem, et Minervam providam, et Victoriam, et Venerem, et Amicitiam, et Concordiam, et Ius atque Fas et bonam Fortunam, aliosque univerſos Deos ac Deas;* et epheborum Athenienſium ad rempublicam accedentium: *horum Dii mihi teſtes et conſcii ſunto.* Praeter hanc nominis Divini invocationem, quae in iuramento neceſſaria exiſtimabatur, aliae quoque acceſſerunt ſolennitates. Huc pertinent monumenta, quae in ſignum praeſtiti iurisiurandi erigebantur.

Legi-

nae appellari meruerit) et plerarumque reliquarum in Philoſophia veterum ſectarum praecepta, ſecundum quae omnia, quae exiſtunt, pro Dei effluviis et particulis habebantur, quae arctisſime eſſent cum eo coniuncta, Deusque cum mundo varia ſub forma confundebatur, huic opinioni firmum credibile eſt fuiſſe fulcrum Quapropter, ſi ex inſtitutis gentium, et opinionibus, quibus ab ineunte aetate imbutae erant, explicentur iſtiusmodi iuramenta, excuſari poterunt. In eundem fere modum interpretatur Strodtmannus, alios ſecutus, in der Uebereinſtimmung der teutſchen Alterthümer mit den bibliſchen, im erſten Abſchnitt §. 15. iuramentum, quod vocant, Ioſephi, Genes XLII, 15. per vitam nempe Pharaonis, idem eſſe, ac ſi dixiſſet: ſicuti verum eſt, Pharaonem vivere, regere, meque, ut diu vivat et regat, optare, ita ſimiliter, quod dico, verum eſt. Fuiſſe tale iusiurandum, ſolenne apud Aegyptios, vero etiam eſt ſimile.

k) L. 33. de iureiur.

Legimus huius rei exemplum de Iacobo et Labano. Hi, quemadmodum enarrat ſacrorum librorum auctor, l) ſaxum in ſtatuam erexerunt, et congeſtis lapidibus acervum effecerunt, ſuper quo deinde cibum ceperunt, hisque peractis Labanus dixit ad Iacobum: *Reſpiciat Iehova inter me et inter te, ſi tu meas filias aſperius tractabis, aut ſi alias praeter eas in matrimonium duces: nemo apud nos adeſt, atque huius quidem rei nobis Deus teſtis eſto, vides hunc acervum, vides et hanc, quem ego inter me et te ſtatuam exſtruxi, hic acervus et haec ſtatua teſtes ſunto,* et quae ſequuntur. Eiusmodi exempla paſſim aliorum etiam populorum mores ſuppeditant, qui certa quaedam monumenta accipi voluerunt pro promiſſorum aſſertorumque documentis, in quem uſum Indis ſeptentrionalibus proprium ſuum eſt Calumet, et quoddam monilis genus. m) Alias caerimonias, quae in iurando obſervatae ſunt, innumerabiles apud ſcriptores invenimus, partim quoque adhuc obſervamus. Ita ſervus Abraami, cum ei iuraret, nolle ſe Iſaaco uxorem ex Chananaeis adſciſcere, manum femori Abraami ſubiiciebat. n) Apud multas gentes iurantes tangebant aram. Fecialis Romanus ſagminibus utebatur in foedere faciendo, et porcum ſaxo ſilice o) percutiebat. p) Germani vete-

l) Geneſ. XXXI.

m) Sammlungen der Reiſebeſchreibungen XVIIter Band, in des VIſten Buchs 14ten Capitel.

n) Geneſ. XXIV. 9.

o) Alii quoque iurantes lapidem manu tenebant et proiiciebant, cuius ritus Plautum teſtem habemus. Ab eo more Iovem Lapidem dictum fuiſſe, plerique putant, vid. Funccius ad ſupra citatam legem

veteres ſuper arma, tacto vel ſtricto etiam gladio, ſuper nummum, prehenſa ora veſtis eius, cui iurabatur, aliisque ritibus perficiebant iusiurandum. q) Pertinet huc elevatio digitorum, et, quae fit pectori, impoſitio, r) quibus huc uſque utimur. Inprimis autem in purgatoriis, quae vocamus, iuramentis multa eiusmodi inventa ſunt, veluti incenduntur candelae, Servatoris e cruce pendentis effigies, nonnunquam ſceletum capitis humani, menſae imponitur, s) et quae ſunt alia. Ea autem propterea inventa

XII Tabb. Nieupoort rituum Romanor. explic. Sect. IV. cap. I. §. 2. alii vero, propterea, quod Iovis ſtatua Capitolina lapidea fuiſſet, alii tandem Iovem lapidem pro Deo Termino accipiunt.

p) Livius Libr. I. cap. 24.

q) Heinecc. Ius German. Libr. III. §. 221.

r) Antiquisſimis hunc notum ritum temporibus vocabant, iurare per pectus. Vid. Engau Elem. Iur. Germ. Libr. IV. §. 126. quo loco alii etiam iuramentorum modi recenſentur.

s) Eadem enumerans allegatus Strodtmannus in libri eleganter ſcripti parte citata §. 14. addit, non diu eſſe, quod hae caerimoniae in iudiciis eſſent abrogatae. Mihi quidem minus eſt cognitum, an forte in terris Brunſvicenſibus iſtos ritus non amplius exſequantur, vel iidem plane fuerint prohibiti. Quod autem ad nos attinet, in Saxonia, praeſertim cum purgatorium praeſente clerico exigitur, in plerisque adhuc locis in uſu ſunt, licet quodammodo varient, veluti quibusdam in locis candelae tantum menſae imponuntur, non vero incenduntur. Quandoquidem, ut talia retineantur, abſonum non videtur, quia eiusmodi caerimoniae effectu apud vulgum non plane deſtituuntur, praeſertim adhortatio clericorum, ſi coniungatur cum rebus ſenſibus percipiendis, maiorem habebit efficaciam, utpote harum occaſione et poſſunt et ſolent exornare ſimul orationes ſuas. Quin imo, qui ſunt ex plebe, talibus cum ſolennitatibus coniunctum iusiurandum maius exiſtimant, quam aliud

inventa eſſe, nemo non videt, ut aliquid horroris, (qui non poteſt non oriri, ſi inuſitata quaedam eum excitando apta, veluti eſt prae caeteris ſceleton ante oculos videre coguntur,) in hominibus excitetur, excitato autem timore, eo facilius, metu Numinis Divini et poenarum, a vindicta divina proficiſcentium, t) a periurio avocentur. Haec ipſa cura, ne leviter et toties ſceleratus quisque peieret, originem ſine dubio dedit *coniuratoribus*.

Scilicet in Germania olim, et in aliis quoque regionibus moris fuit, ut, ſi quis iuramento a crimine, cuius accuſatus erat, purgare ſe deberet, non ſolus admitteretur ad iusiurandum, ſed alii etiam tenerentur, ut ſimul cum eo ſacramento fidem facerent. Haec etiamſi plerumque in criminalibus rei eſſent partes, tamen in civilibus etiam cauſis, et ab actore quoque, ubi opus eſſet, exigebantur. Hos in iurando comites nominabant,

minus ſolenne, de quo, quod in cauſis forenſibus ſaepe audivi, hunc in modum iudicant: ja, was iſt das vor ein Eyd, den kann ein jedes ſchwören; aber wenn ſie ein paar Lichter anzünden, und ein ſchwartz Tuch auf den Tiſch breiten, etc. et, ſi ſeſe a ſcelere puriſſimos praedicare volunt dicunt: das kan ich wohl behaupten, und wenn ſie zehen Lichter dazu anzünden, ut igitur ſaepe religionem multitudine ponderent candelarum.

t) Illa Numinis Divini praeſentia et ultio, quae credenda omnino eſt metuendaque, ſine ullo dubio occaſionem quoque dedit, cauſas iuramentorum iuri ſacro vindicandi. Hoc obſervamus apud Romanos antiquiſſimos, qui hanc tractationem, uti putamus, reiecerunt ad tabulam inter XII. iſtas decimam, quae de iure ſacro egit, obſervamus apud alias gentes, obſervamus etiam ex iure Canonico.

bant, *iuratores*, *iuramentales*, *purgatores*, *ſacramentales*, *compurgatores*; *coniuratores*, *collaudantes*, *ſacramentarios*, prout paſſim in legibus appellantur Germanorum antiquis. Iuraturi autem hunc in modum vel manu u) proximi, id eſt, cum uno, vel manu tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima et ſic porro, x) modo enim maiorem, minorem modo, numerum requirebant leges, iurabant. Hoc Speculi Saxonici Auctor ſelbdritte, ſelbſiebend gezeugen, auf den heiligen bewähren, überzeugen, überwinden, entgehen, u. ſ. f. expoſuit, Latinus eius Interpres mettertium, y) metſeptimum z) iurare, Ius vero Canonicum intelligit per purgationem canonicam, a) item per ſatisfactionem.

u) ita loquuntur ſcriptores propter ritum iſtum, qui moris erat antiquarum gentium, quo ſcilicet coniuratores altare, vel evangelia, vel capſam reliquiarum, vel aliud quid eius generis, ſuis ſimul manibus tangebant.

x) Quidam usque ad CCC. compurgatores proceſſerunt. Diverſos hosce numeros collegit du Freſne in Gloſſario, voce iuramentum, Heineccius aliquatenus excerpſit in Elem. Iur. Germ. Libr. III. §. 222. Weidlerus in Diſſertatione, cuius mox fiet mentio, § 18. quoad numerum XVII purgatorum ſupplevit.

y) L. R. Libr. I. art. 15. et 54. et paſſim alibi.

z) L. R. Libr. III. art. 39. et in aliis paſſim articulis.

a) Rubr. et cap. 8. et 12. X. de purgat. canon. Dicitur autem Canonica, quia canonibus eſt approbata. Ius enim Canonicum inter hanc et vulgarem diſcrimen facit purgationem. Canonica iure iurando abſolvitur. Vulgaris autem, quae non minus celebrabatur apud veteres Germanos, aliis, iisque diverſis, modis perficiebatur, quos tamen Ius Canonicum, ſi non omnes, certe quosdam vetuit, vid. cap. 1. et 3. X. de purgat. vulg. c. 20. C. II. qu. 5. Erant autem hi modi ſe purgandi per duellum, ferrum candens, carbones candentes, ſortem, crucem,

nem. *b)* De his ſacramentalibus anno huius ſaeculi XXXVIII diſſertationem conſcripſit Mathematum quondam in hac Academia Profeſſor Celeberrimus, et ICtus ſimul Eruditiſſimus, D. Ioannes Fridericus Weidlerus, Praeceptor olim meus fideliſſimus, et ad urnam usque devenerandus, quae adeo eleganter eſt compoſita, ut Cel. Ienichen in Bibliotheca Iuridica Lipeniana eam cum encomio opuſculi eximii commemorare non dubitaverit. Quamvis vero omnem hanc iuris materiam ideo exhauſtam nemo fortaſſe non crederet, ſpero tamen, nonnulla ſaltem praetermiſſa, inprimis quae de *coniuratorum* uſu in Saxonia agunt, hic adiici poſſe. Et quidem, quod ad originem attinet compurgatorum, Böhmerus, *c)* ſicuti generaliter totius de purgatorio iuramento doctrinae *d)*



aquam frigidam, aquam calidam et Corſned. Vocabatur haec purgatio etiam iudicium Dei, quia putabant, Deum innocentibus in his probationibus auxilio ſuo praeſto fore, quapropter quidam ex his quoque modis non, niſi peractis prius ſacris, vel ipſo in templo, ſuſcipiebantur. Appellabatur porro Ordalium, quae vox eſt Germanicum Urthel, et hoc ſub nomine comprehendebatur quoque iudicium per ſacram coenam. Egit de Ordaliis Schottelius in libro de ſingularibus in Germania iuribus, cap. 28. et, qui eum illuſtravit, Gericken ad idem caput, aliique, quorum epitomen habes in den neuen Erweiterungen des Erkäntnißes und des Vergnügens in 1. und 2ten Stück.

*b)* c. 13. C. II. qu. 5.

*c)* In Iure Eccleſiaſt. Proteſtant. Libr. V. tit. 34. ſive de purgatione canonica §. 7. ſeqqu.

*d)* Praeſertim hic Vir in iure eccleſiaſtico facile princeps cauſam huic iuramentorum generi praebuiſſe putat venerationem et honorem, qui ſanctorum habeba-

primordia, ita etiam ſacramentalium, in ſolo quaerit iure Canonico, et exinde ritum hunc dimanaſſe ad Germaniae populos, aliosque, exiſtimat. E contrario laudatus Weidlerus e) compurgatores Germanis a Chriſtiana fide adhuc remotis iamiam fuiſſe in uſu, ritumque ab iisdem poſtea Chriſtianis retentum, contendit. Quod ut probet, ad Legem provocat Salicam, quae, eo licet tempore, quo Franci adhuc a ſacris Chriſtianorum eſſent alieni, compoſita ſit, multa tamen de ſacramentalibus ſancivit. Sane, ſi communem ſequamur opinionem, Saxonum quoque antiquas leges Caroli Magni temporibus tantum in ſcripturam redactas, f) non primum latas fuiſſe, g) harum etiam conſpectu Weidleri comprobaremus ſententiam, niſi forſitan aliquis, iſta ſaltem, quae de compurgatoribus ibi inveniuntur, additamenta eſſe

tur reliquiis, ad varia provocans antiquitatis exempla. Non ab his alieni erant Saxones, poſtquam ad Chriſtianorum transierant caſtra Vide inter alia innumera exempla Spec, Saxon. Libr. I. art 20. Morgengab mag ein Weib auf den Heiligen wohl behalten ohn Gezeugniß. item art. 22. Verleugnet man ihnen auch ihres Lohns von einem Jahr, oder von einem halben, das mögen ſie wohl auf den Heiligen behalten, et paſſim alibi. Interpres haec vertit cum iuramento et ſacramentaliter. Vero autem eſt ſimile, ubi in Speculo Saxonico, in iuramentis, ſanctorum ſola mentio fit, ſimplex tantum intelligi purgatorium, et compurgatoribus opus non fuiſſe, quam ſententiam confirmat Weichb. art. 78.

e) §. 17. Diſput. alleg.

f) Conring. de orig. iur. Germ. cap. 13.

g) Quod tamen quibusdam locis auctor Speculi Saxonici, his, qui hanc opinionem ſequuntur, affirmaſſe viſus eſt.

h) Neque poſſumus plane negare, Carolum quaedam addidiſſe. Inſunt enim in iſtis antiquis Saxonum legibus veſtigia

eſſe Caroli, h) excipere vellet. Etenim inter Saxones hic mos, cum aliis ſeſe a crimine purgandi, antiquiſſimus fuit. Leges ſiquidem veteres Saxonum, quas inter alias Lindenbrogius i) collegit, id ſatis ſuperque demonſtrant. Statim enim in prima lege multa in diuerſa delicta irrogatur, reſeruato purgatorio cum proximo, tribus, VI et XII hominibus. k) In lege ſecunda IV et XIII in lege decima XIII compurgatorum fit mentio. Speculi Saxonici auctor ſaepenumero etiam de coniuratoribus l) com-



rituum Chriſtianorum. Et praeterea Eginhardi verba nos dubios relinquunt. Nihilo tamen minus, quod ad purgationem attinet, eam Saxonibus antiquiorem, Caroli praeceptis, fuiſſe, non abſque fundamento coniicimus. L. R. Libr. I. art. 18.

i) In Codic. Legg. antiquar. p. 474.

k) Exemplo ſint, quae ſtatim ab initio leguntur: *de ictu nobilis ſolid. XXX. vel ſi negat, tertia manu iuret. Livor et tumor ſol. LX vel ſexta manu iuret. Si ſanguinat, ſol. CCXX. vel cum XII. iuret. Si os fuerit, ſol. CLXXX vel cum XII. iuret. etc.*

l) Non tamen ſemper tanto iurantium opus fuiſſe numero, ſed quibusdam in caſibus reum etiam ſolum ad purgatorium fuiſſe admiſſum, ex aliis iisque multis ſpeculi Saxonici locis poteſt corroborari e. g. L.R. Libr. III. art. 32. 41. Quare accurate in ſententiis exprimebant, ubi hoc liceret, e. g. in Scabinorum Magdeburgenſium ſententia, quae eſt inter illas, quas Loſſius Speculo Saxonico adiecit P. II. cap. II. diſt. 21. pronunciatum eſt: Beklaget man eine Frau um ihre ſelbſt Schuld, oder um Gelübd, das iſt ſie näher zu entgehen mit ihr ſelbs Hand, denn ſie jemand überzeugen möge von Rechte. Quaeſtio autem his concepta erat verbis: ob ſie des näher ſey zu entgehen mit ihr eins Hand. Quae verba eins Hand explicant illa ſelbs Hand, et indicant, purgatorium intelligi abſque ſociis. Similiter in eiusdem capituli diſt. 10. dicitur: ſo entgehet ſie mit ihres eins Hand auf den Heiligen, in cap. VII.

memorat. Ita Libro I. art. 8. 25. 63. 64. 66. 70. de ſeptem art. 15. 54. eiusdem Libri de tribus ſcribit ſacramentalibus, quibus tunc temporis opus erat. Similia de tribus et ſeptem iuratoribus

diſt. un. will die Frau ſchwören mit ihres eins Hand auf den Heiligen, in Part. III. cap. II. diſt. un. ſo iſt der beklagte Mann näher zu beweiſen mit ſeines eins Hand auf den Heiligen, denique in Scabinorum Lipſienſium ſententia von der Acht, quam cum aliis eorundem Scabinorum idem Loſſius Speculo Saxonico adiecit: törſte nu T. mit ſein ſelbſt Hand erhalten, daß er unwißlich in die angezogne Acht citirt wär. Neſcio, annon eadem ſibi velint, quae reperiuntur in Synodo ab Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo habita: *habeat malae famae Presbyter in ſacramento purgationis ſuae eum teſtem, quem habebit et iudicem.* conf. c. 5. C. II. qu. 5. Eam autem ob rem invenio actiones olim paſſas eſſe diſtinctionem iure Saxonico, ut alia fuerit ſchlechte Klag, ubi rei tantum conſcientiae relinquebatur cauſae exitus, alia Klage mit Gezeug, vel mit Gerüſt, ubi compurgatoribus opus erat, quae diviſio ſaepe in ſententiis Scabinorum Magdeburgenſium iam allegatis occurrit, veluti P. III. cap. II. diſt. 10. und will denn des todten Mannes Mag oder Freund von des todten Mannes wegen, on der Schöpfen Bekentnus, einen Mann, der ein unverſprochen Mann iſt, und auch in keiner handhaftigen That begriffen, beſchuldigen und anſprechen mit einer ſchlechten klage, ſo muß er unſchuldig (purgatorium in Speculo Saxonico et reliquis iuris Saxonici libris non alio ſaepenumero indicatur verbo, quam Unſchuld) werden mit ſein ſelbs Hand. Beſchuldigt man aber den mit gezeugen ſelb dritt, und iſt Gerüfft geſchehen, und wird der Mann beklagt mit Gerüfft, ſo mag er unſchuldig werden ſelb ſiebend auf den Heiligen als Recht iſt. Modum procedendi in utroque actionum genere porro ſequentes Magdeburgenſium Scabinorum ſententiae diſtingunt: P. II. cap. X. diſt. un. Hierauf ſprechen wir für Recht, ſchlägt einer den andern, oder mishandelt jemand mit Scheltworten, und läßt in rißlich zu geding gebieten, um ſchulde oder um die gelübde mit ſchlechter klag, da muß im jener zu antworten mit ja oder nein auf den Heiligen als recht iſt, reus autem ſecundum facti ſpeciem ſententiae praemiſ-

toribus in Libro II. et III. multa occurrunt, multa etiam in iure feudali Saxonico, et Weichbildico inveniuntur. Hinc itaque, quod plerumque ſeptima manu iurandum eſſet, evenit absque dubio, ut in Vocabulario der alten Vocabuln, ſo im Sachſen Rechte befunden, quem indicem Loſſius adiecit ſuae Speculi Saxonici editioni, hunc in modum commentatus ſit auctor: ſelbſiebend überweiſen, das iſt genungſam und überflüßig, und alſo haben die Sachſen

ſam ita exceperat: nachdemmahln das er ſchlecht zu mir klaget, ſonder gezeuge etc. P. III cap. I. diſt. 6. Beutet auch einer ſeine Unſchuld für die Volleiſt, der mag entgehen mit ſeines eins Hand, oder ſelb dritt, ob er mit gezeug anklagt wird; diſt. 7. nachdemmahl das der Beklagt Mann in handhafftiger That nicht begriffen iſt, und vormals auch um die Sache nicht vorfeſtet iſt, und mit ſchlechter klag ſonder gezeug angeſprochen iſt, ſo mag er mit ſeines eins Hand unſchuldig werden auf den Heiligen, V. R. W. diſt. 8. wird ein Mann beſchuldigt um Vorredtnus eines todſchlags, und des vorſachet, beſchuldigt man in mit ſchlechten klagen, ſo mag er unſchuldig werden mit ſeines eins Hand auf den Heiligen, als Recht iſt; P. III. c. IV. diſt. 3. wird aber ein ſolcher Mann ſchlecht on gerüfft beklaget, ſo entgehet er mit ſeines eins Hand billicher, den in der kläger überwinden mag von Recht. P. III. cap. VII. diſt. 2. würde aber um ſolche Sache mit ſchlechter klage ſonder gerüfft jemand beklaget, vor weltlichem Gericht (ſermo eſt de adulterio) des wird er unſchuldig mit ſeines eines Handt. Eundem in modum rei reſponſio erat diverſa, ſcilicet vel: ſchlechte Antwort, vel: Antwort mit Gezeugen, ut in P. II. cap. II. diſt. 12. citatarum ſententiarum: ob ein Mann mit Gezeugen klaget, und der andere ſchlecht antwortet, ſo ſoll der kläger jenen überzeugen ſelbdritt auf den Heiligen, et in ſententia Scabinorum Lipſienſium von der Acht, quae quamvis cum reliquis Lipſienſibus editioni Loſſianae adiectis, Magdeburgenſium reſponſis, multo videatur recentior, tamen huius meminit diſcriminis, verbis: und T. mag ſich auch derhalben der angezeigten That mit ſeinem ſchlech-

ſen alle Beweiſung vor Alters vollführt. m) Hic tamen eſſe aliquid erroris quoad mores, qui vetuſtate ſpeculum anteceſſerunt, n) evincunt antiquae illae leges, quarum ex Lindenbrogiana collectione ſupra memini, ſecundum quas certis quibusdam caſibus XIIIma manu iurare neceſſe erat. Non autem admittebatur ad purgationem, qui iam antea criminis eiusdem generis erat accuſatus. Fuit igitur a Saxonibus etiam obſervata regula iuris communis: ſemel malus ſemper malus praeſumitur in eodem delicti genere. o) Ita enim Speculator: p) die ihr Recht mit Dieberey oder Raub verlohren haben, ob man ſie Dieberey oder Raubes anderweit beſchuldiget, ſie mügen mit ihrem Eyde nicht unſchuldig werden.

ten Eyd und Nein ſagen nicht entledigen, ſondern muß B. zu ſeiner angeſtellten Klag behaften V. R. W.

m) In Zobeliano indice minore adhuc cum cura ſub voce gezeugen, ſelbſiebend, ſimpliciter per: das iſt genungſam, explicatur. Placuit autem generatim numerus ſeptenus, etiam praeter purgatorium, maiorem in modum Saxonibus, ita ut in probationibus reliquis ſaepe ſeptem hominum teſtimonia, in actibus iudicialibus iudicis et ſex ſcabinorum praeſentiam, in remedio duelli contra ſententias ſeptem, qui pro ſententia dimicabant, et ſeptem, qui contra eam, poſtulaverint, ſeptem crediderint gradus cognationis, ſeptem nobilitatis, et quae ſunt alia. vid. L. R. Libr. I. art. 3. et ibid. in gloſſa germanica, art. 8. Libr. II. art. 12. Lehn R. cap. 1. 24. et alibi paſſim.

n) In ipſo tamen ſpeculo maiorem numerum, ſepteno, non invenio. Etenim quae L. R. Libr. II. art. 22. et Lehn R. art. 13. de XXI. viris ſcripta ſunt, ad compurgatores non pertinere puto.

o) c. 8. de R. I. in 6.

p) L. R. Libr. I. art. 39.

werden. Sie haben dreyerley Wahl; das glüende Eiſen zu tragen, oder in einem ſiedenden Keſſel zu greiffen, bis an den Elnbogen, oder mit Kämpfen ſich deme zu erwehren. q) Neque locus erat purgationi contra actus in iudicio geſtos. In his enim iudi-

cis

q) Idem fere eſt in iure Canonico c. 15. C. II. qu. 5. *nobilis homo vel ingenuus, ſi in ſynodo accuſatur, et negauerit, ſi eum conſtiterit, fidelem eſſe, cum XII. ingenuis ſe expurget; ſi antea deprehenſus fuerit in furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio, ad iuramentum non admittatur, ſed, ſicut qui ingenuus non eſt, ferventi aqua vel candenti ferro ſe expurget*; quod apud Gregorium iisdem fere verbis c. 1. X. de purg. canon. expreſſum eſt, ut tamen ordaliorum, quorum meminit Decreti locus, in Decretalibus non fiat mentio. Et merito iſti canoni titulus paleae inſcribitur. Nam citati ex Speculo Saxonico articuli ultima pars, tanquam erronea, per Gregorii IX. bullam reprobata fuit atque damnata. Vide etiam Weichb. art. 90.

r) Miratur quidem Heineccius in Elem. Iur. Germ. Libr. III. § 212. Speculatorem Saxonem parum aut nihil de fide inſtrumentorum tradere. Sed mirum hoc ego quidem non exiſtimo, ſiquidem, licet in alia opinione ſit Heineccius, ea, quae in iudiciis acta erant, antiquis temporibus raro litteris conſignata fuiſſe, vero eſt ſimillimum. Si quaedam etiam pacta, ut emtionum, donationum, dotalia, et alia, ſcriptis comprehenſa fuerunt, non tamen ex ſcriptura, ſed teſtium fide accepiſſe robur, credibile eſt. Non aliam enim ob cauſam veteres Germani in fine inſtrumentorum adiecerunt nomina eorum qui actui interfuerunt, quod in omnibus quidem vetuſtis ſcripturis invenies, perperam tamen a Ludewigio ſuperioribus tantum ſaeculis vindicatur, ſiquidem iſte mos noſtris adhuc temporibus in Curiis feudalibus Saxonicis tam Electorali quam Ducalibus, abſque dubio etiam in aliis, in uſu eſt. Redeo ad fidem inſtrumentorum apud Saxones temporibus Epkonis a Repkau. Heineccius, ut probet ſuam ſententiam provocat ad Ludewigii reliquias manuſcriptorum, atque ex iis exemplum citat. At vix puto, iſtas Ludewigianas reliquias, quod pace manium tanti, et de iuripru-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0019-4

cis et ſcabinorum ſcientia, et teſtimonium, raro enim litteris conſignabantur, r) quae acta erant in iudicio, convincebant litigantes.

Was

dentia Germanica meritiſſimi, viri dictum ſit, omnibus fore ſatisfacturas. Rem autem ipſam quod attinet, haec leguntur in Speculo Saxonico Libr. III art. 25. ſtirbt ein Richter, was bey ſeinen Zeiten geſchehen iſt, des ſoll ſein Nachkömmling an den Gerichte ein Gezeuge ſeyn, ob er es wohl weder ſahe noch hörete, allein daß er mit der Schöpfen Gezeug der Wahrheit geinnert werd. Idem eſt in Weichb. art. 32. Cur autem teſtimonium poſceres ſcabinorum, ſi acta ſcriptura iam conſignata fuiſſent? aliis multis locis monent ſpeculator, et Scabini Magdeburgenſes allegati, heredem ſe actioni iuramento, et ſaepe ſine iuramento, ſubtrahere poſſe. Non autem video, quomodo hoc fieri potuerit, ſi inſtrumentis frequenter uſi fuerint Saxones, iisque aliqua fuerit fides. Ne principum quidem valebant litterae, niſi nuntium ſimul mittebant. L. R. Libr. II. art 42. et ſolius Imperatoris epiſtolae videntur fuiſſe exceptae. L. R. Libr. III. art. 33. Si duo de praedio diſceptabant, uter inveſtitus fuerit, iudex tantum per nuntios ſuos, quos ad dominum directum mittebat, certior fiebat. L. R. Libr. II. cit. art. 42. Eundem in modum, ſi, ſtatum ſuum aliquem coram alio iudicio amiſiſſe, diceretur, iudex duos nuntios mittebat, qui, utrum revera hoc factum ſit, explorent. L. R. Libr. III. art. 82. Ipſe iudex, executionem a ſe factam eſſe, manu tertia comprobare debebat L. R. Libr. II. art 41. Imo in appellationibus nuntiis iudicis, a quo appellatum erat, iter ad ſuperiorem iudicem faciendum erat, ut ſuperioris ſententiam audirent, et ad iudicem inferiorem memoriter ſecum afferre poſſent. L. R. Libr. II. art 12. Si quis alteri fundum vendiderat, traditio fiebat Scabinis praeſentibus Weichb. art. 20. ubi adiicit auctor: denn ſie müſſen des darnach Gezeugen ſeyn. Nolo plura ex veteribus iſtis iuris Saxonici libris cumulare. At notatu certe dignum eſt quod habetur in ſententiis Scabinorum Magdeburgenſium citatis P. I. cap. I diſt. 26. Ein Mann wird beſchuldigt mit ſeinen Knechten um Heu, das ſie genommen hätten auf einer Wieſen, da verbandt ſich der Mann vor dem, bekennten ſeine Knechte, das er ſie hätte heiſſen das nehmen, er wölle ſeines Halſes verfal-

Was er aber vor Gericht thut, inquit Speculator Saxonicus, [s] da ſoll man nicht um ſchweren, des überzeuget ihn der Sachwältige mit zween



len ſeyn. Die bekennten das, und er wird darum gebannen von der Kirchen, der das Heu zugehört, und beſſert der die Dieberey. Hierauf ſprechen wir für Recht: das ſich der Mann verwillkört, und auf ihn bekandt ward vor dem Rath, da war er überwunden, und möcht über in Gericht haben, dieweil ſie in den Rath waren, nu er aber von in gekommen iſt, und ſie nu in den Rath nicht ſein, wöllen der alte Rath oder der neue in ſo darum beſchuldigen, vorſachet er es, ſo mag er es unſchuldig werden auf den Heiligen, bekennet er es aber, ſo gehet es in an den Hals, und man mag über in richten. Idem fere eſt in diſt. 25. Da der Mann vor einen vollen Rath bekennte derer dreyer Büchſen, das er der zwo behalten hette, da war es Dieberey, da möchiet ihr über in gerichtet haben. Beſchuldigt in nu der alte Rath oder der neue, und bekennet er das, das gehet in an den Leib. Vorſacht er es, ſo wird er des unſchuldig auf den Heiligen, als recht iſt, und der alte Rath mag nu nicht auf in gezeugen, darum, das ſie nu in den Rath nicht ſitzen. Haec et alia, quae alibi paſſim occurrunt, niſi me fallunt omnia, dilucide explicant, aut has, quas enarrant Scabini, confeſſiones plane, quod veroſimillimum eſt, litteris mandata non fuiſſe, aut, ſi fuerint, eas ſcripturas, quod tamen vix credendum fide caruiſſe. Fateor tamen, quod ad has Magdeburgenſes ſententias attinet, in his nihilominus inveniri, quae de fide inſtrumentis habita agunt, veluti P. I cap. III. diſt. 13. 16. 17. P. II. cap. II. diſt. 8. cap. IX. diſt. 1. inprimis mentio fit libri iudicialis P. II. cap. I. diſt. 5. ſub nomine Schöpfenbuch, quem hodie nominamus Gerichtshandelsbuch. Nihilo tamen ſecius haec de ſententia mea me non dimovent, ſiquidem iſtae Magdeburgenſium ſententiae tempore poſteriores ſunt ſpeculo, et quo magis ad noſtram aetatem accedunt ſaecula, eo magis ſimul cum ſtudio iuris Canonici et Romani, quibus priſtina iura, priſtinus modus procedendi, maiorem in modum mutata, ſcribendi aucta fuit libido.

s) L. R. Libr. I. art. 7. et magis haec explicantur art. 8. eiusdem libri. Eadem fere habentur in Libr. III. art. 32. des

andere Mannen, [t]) und der Richter ſoll der dritte ſeyn. Sed quo difficilius in actibus iudicialibus, eo facilius in extraiudicialibus negotiis iſto locus dabatur iureiurando, adeo ut in omnibus fere cauſis vix ſolis exceptis manifeſtis criminibus, (handhafftige That) [u]) purgare ſe poſſet reus, quod iterum docet Repkovius:

mag jener mit ſeinem Eyde wohl unſchuldig werden, es ſey denn vor Gericht geſchehen. Quibuscum conueniunt ſententiae Scabinorum Magdeburgenſium citatae P. I cap. II. diſt. 12. hierauf ſprechen wir fůr Recht, was vor Gericht geſchiehet, vor Richter und vor Schöpfen, das můgen ſie bezeugen mit ihrem Eyde, die ſie zu dem Gerichte geſchworen haben, et cap. XV. diſt. 6. et Weichb. art. 114. wo auch ein Mann einen rechten Handfrieden gelobet, vor Gericht, und in gehegtem Ding, und wird der gebrochen, man mag es baß mit den Dingleuten auf ihn gezeugen, denn das ers unſchuldig werden mög. etiam Lehn R. cap. 19.

t) Hi ſunt Scabini, quod concludas ex ſententia Scabinor. Magdeb. P. I. cap. II. diſt. 1 tot enim ad minimum iudicio adſidebant.

u) Quid fuerit handhaftige That, explicat L. R. Libr. II art. 35. Die handhaftige That iſt das wo man ein Mann mit der That begreift, oder in der Flucht der That, oder den Dieb oder Räuberey in ſeinen Gewerén hat, et Magdeburgenſium ſententia: P. III. cap. IV. diſt. 1. die handhaftige That iſt das, wenn einer ungerichts in der friſchen That der Stadt gefangen wird, oder wenn man Raub oder Dieberey in eines Mannes were findet. Hic agendum erat cum clamore, mit Gerüfft, L. R. Libr. II. art. 64. et ab actore iurandum manu ſeptima L. R. Libr. I. art. 66. 70. Libr. II. art. 71. coniuratores autem, qui apud Magdeburgenſes P. III. cap. II. diſt. 1. Schreyleut vocantur, continuo cum actore ſecundum eosdem P. III. c. IV. diſt. 2. in iudicio adeſſe debebant. Manifeſta autem talia geſta excludebant plerumque rei purgationem, quod Magdeburgenſes Scabini monent P. II. cap. II. diſt. 12. P. III. cap. I. diſt. 3. et ipſe Speculator Sax. Libr. III. art. 35. et alibi, ubi verbis utitur auctor überwinden, überweiſen. Vide plura

vius: x) was der Mann vor Gericht nicht thut, wie wißentlich das ſonſt ſey, das er das mit ſeiner Unſchuld entgehet, und man ihn des nicht überzeugen mag, et alio loco y) wer icht borget entleihet oder gelobet, den ſoll es gelten, und was er thut, das ſoll er ſtet halten, will er es aber leugnen darnach, er erwehret ſich des mit ſeinen Eyd, wo er es vor Gericht nicht gethan hat. Omnes vero iſtas cauſas recenſere, in quibus ſecundum Speculum Saxonicum, ius feudale et Weichbildicum, modo cum duobus, modo cum ſex, iurandum erat, partim ab actore, partim a reo, nimis longum videtur. Neque opus eſſe puto. Maioris erit momenti, de qualitate agere eorum, qui coniuratoris officio fungi poterant. B. Weidlerus, z) de ſacramentalibus in genere ſcribens, ex legibus Germanicis demonſtrat, opus fuiſſe, ut liberi eſſent integrae famae, propinqui, vicini, paris conditionis illius, pro quo iurandum erat. Similia de Saxonum coniuratoribus dicenda ſunt, quae ſpecialiter iam pertractabimus. Et primo quidem Saxones requiſiviſſe, ut eſſent eiusdem conditionis, cuius erat is, quem defendebant, a) indicatur, ſaepe in Speculo Saxonico, verbis: die ſeine



Weichb. art. 108. ſeqqu. Simile quid proditum eſt, ubi animal, quod damnum in alius dederat agro, dominus agri, adhibitis duobus teſtibus, usque ad animalis domini domum perſecutus eſſet. L.R. Libr. II. art. 47.

x) Libr. I. art. 18.

y) Libr. I. art. 7. cum his ſpeculi articulis convenit Lehn=R. c. 19.

z) Diſp. cit. §. 19.

a) Idem fere in Iure Canonico conſtitutum eſt c, 12. 13. C. II. qu. 5.

Genoſſen *b*) ſind, *c*) ſeiner Genoſſen. *d*) Deinde quod ad libertatem attinet compurgatorum, verbis: erbarer Leut die ein Urthel finden, *e*) dingpflichten, die zu Gericht Urthel finden, *f*) ſchöpfenbare freye Manne, *g*) quod ad honeſtatem et vitae integritatem, verbis: volkómner Leut an ihren Rechten, *h*) wahrhafftiger Leut, *i*) Biederleut, *k*) die man an ihren Rechten nicht beſchelten mag,

*b*) Genoſſen denotat eos, qui ingenuitate aut nobilitate aequales ſunt. Inaequales e contrario Ungenoſſen, vid L. R. Libr. III. art. 65. quemadmodum ſcribit auctor iuris feudalis cap. 25. es iſt nicht recht, daß der Oberherr einen weiſe ſein Lehn zu empfahen von einem wenigern Herrn, denn der vorige war, und alſo an ſeinen Ungenoſſen. In omnibus autem aequalitas Saxonibus adeo placuit, ut iudicii quoque inaequalis teſtimonia apud eos parum valerent, vid. ſententia Scab. Magdeb. P. I. c. XV. diſt. 6. Nec ad duellum provocare poterat nobilitate inferior ſuperiorem. L. R. Libr. I. art. 63. Weichb. art. 28.

*c*) L. R. Libr. I. art. 25.

*d*) L. R. Libr. II. art. 22. ſeiner Erbgenoſſen Weichb. art. 62.

*e*) L. R. Libr. I. art. 8.

*f*) L. R. Libr. II. art. 22.

*g*) L. R. Libr. II. art. 44. ſolche Leute die zum Heerſchild gebohren ſind in Lehn-R. cap. 81.

*h*) L. R. Libr. II. art. 36. Libr. III. art 28. Iura autem ſua amittebant, qui inhoneſte vivebant. L. R. Libr. III. art. 28. Honeſtatem in ſacramentalibus ius etiam Canonicum expreſſe requirit, c. 11. X. de purg. canon. vide Weidlerum cit. §. 19.

*i*) L. R. Libr. III. art. 32.

*k*) Sententiae Magdeburg. P. I. cap. IX. diſt. 6.

mag, [l] unbeſprochner Leut, [m] erbarer Leut, [n] volkomner oder unbeſcholtener Leute an ihren Rechten, [o] In quadam Scabinorum Magdeburgenſium ſententia [p] ſimpliciter dicitur mit ſechs Mannen ,ubi intelligo, viris opus eſſe, licet in cauſa Scabinis deciſa contra foeminam probandum fuiſſet. Vtrum foemina iuraverit cum foeminis, an cum viris? Secundum eosdem Scabinos cum viris. [q] Singulare tamen eſt in caſu, ſi, vixiſſe poſtumum, probandum eſſet, vbi IV. viris et II. foeminis opus erat, quod ita Repkovius enarrat: [r] wird das Kind lebendig gebohren, und hat die Frau das Gezeug an vier Mannen, die das gehört haben, und an zweien Weibern die ihr hülfen in ihrer Noth etc. Videbant autem Saxones plerumque, qualis eſſet cauſa, in qua ſacramentales erant producendi, et ſecundum varietatem cauſarum varia etiam eorum erat conditio. Igitur, cum de cuiusdam ageretur ſtatu ſervili, deficientibus cognatis, ſervi eius, qui agebat, admitte-

l) Weichb. art. 106.

m) Weichb. art. 107.

n) Weichb. art. 109. L. R. Libr. I. art. 8.

o) Lehn-R. cap. 81.

p) P. II. cap. II. diſt. 20.

q) P. II. cap. II. diſt. 10. verba ſunt: ob ein Weib vor vergoltene Schuld, oder für gut nach todte Hand geſchweren mag, mit ihres eins Hand, oder mit gezeug, und ob ſie gezeuges bedarf, ob ſie das mit Weibern gezeugen mag, oder wie, und was hierum recht ſey. Hierauf ſprechen wir für Recht, ſoll eine Frau vergoltene Schuld beweiſen, das ſoll ſie thun ſelbdritt mit zweyen Mannen zu ſich etc.

r) L. R. Libr. I. art. 33.

mittebantur. s) Deſiderabantur in cauſis domeſticis propinqui, t) et tanta interdum ſubtilitate, ut tres eſſe deberent patris, tres matris conſanguinei. u) Pater in criminalibus cauſis filio adſiſtere poterat, modo in ipſius adhuc fuerit poteſtate, nec pater ipſe correus, quod invenimus apud Speculi Saxonici auctorem: x) der Vater mag wohl den Sohn einſt ausziehen, y) ob er um

s) L. R. Libr. III. art. 32. er behelt ihn auf den Heiligen mit zweien ſeiner eigenen Mannen et ibidem er überzeuget ihn mit zweien ſeiner einbürtigen eigen Mannen.

t) L. R. art 32. modo cit. gegen den muß er ihn behalten ſelbſiebend ſeiner Freunde oder ſonſt wahrhaftiger Leut, et, quibusdam interiectis: der behelt ihn ſelbdritt ſeinen Freund, ob er ſie hat. Sententiae Magdeburg. P. I. cap. IX. diſt. 6. wäre aber das jemand ſeine Geburt oder ſeine echte gezeugen ſoll den mag ein iglicher ſeiner Mage und auch ander Biederleut wohl helfen.

u) L. R. art. 32. allegato: mag dieſer aber ſelbſiebend ſeine Freyheit beweiſen der die ſeine Freunde ſeyn, drey von ſeinem Vater und drey von ſeiner Mutter, er behelt ſeine Freyheit und verlegt jenen allen ihren Gezeug.

x) L. R. Libr. II. art. 17.

y) Intelligi hoc verbo, iisque quae ſequuntur, daß er ſchwöre, videtur patrem ſolum pro filio iuraſſe, non adhibitis aliis ſacramentalibus, idque confirmari ſententia Magdeburgenſium, P. I. cap. IX. diſt. 6. ein Mann wird beklagt um einen todſchlag oder um kampfreunden, oder um desgleichen Land, ſolt darum ſchweren ſelbſiebend oder ſelbdritte, und der Mann brächte ſolchen Gezeugen, ſeinen Ehevater, und andern ſeiner Freunde, und dazu Leute, die bey den Sachen nicht geweſt wären, die da geſchehen ſein, ob er nur die Beweiſung thun ſol mit ſeinem Vater und mit ſeinen Freunden, und mit ſolchen Leuten, die bey den Sachen nicht geweſt ſein, hierauf ꝛc. ein Mann oder Vater, der ein unbeſprochen Biedermann iſt, mag ſeinen ungeſonderten Son, der um ungericht beklaget iſt,

um Ungericht beklagt wird, dieweil er von ihm nicht geſondert iſt, alſo daß er ſchwere auf den Heiligen, daß der Sohn der That unſchuldig ſey, wird aber beyde Vater und Sohn beklaget um eine that, da mag er ihn nicht ausziehen, er hab ſich denn ſelbſt erſt entſchuldiget. Alias autem conſanguineis et domeſticis iuratoribus uſi non ſunt, ſaltim ſequioribus temporibus. z) Sicuti autem patri pro filio, ita domino quoque pro ſervo iurare permiſſum erat, de quo ita ius provinciale: a) der Herr mag auch wohl ausziehen einen ſeiner eigen Mannen, wenn er verurtheilt iſt, ob er das gewehren thar auf den Heiligen, das er ſein eingebohrne Mann ſey, und das er der that unſchuldig ſey, darum er beklagt iſt. Vicinis b) etiam coniuratoribus opus erat, ſi cauſa talis erat, cuius optima

wohl einſt ausnemen, und in des ungerichtes entſchuldigen. Iſt aber der Son vormals um ungerichte beklaget, oder ſolt jemandt mit Gezeugnuß ſchweren, den mag ſein Vater, noch Bruder, gemiete Leut, noch ſein Brodtgeſinde nicht helfen ſchweren. Sed his contrarium ſtatuere videtur Weichb. art. 76. ein jeglicher unbeſcholtener Mann binnen Weichbild der mag wol ſeinen ſon, der in ſeinem Brot und nicht ausberaten iſt, einer That dreymal benemen, auf den Heiligen ſelb ſiebend, mit ſein ſelbs Hand. Verba tamen ultima ſenſum mirum in modum turbant.

z) Vide modo allegatam ſententiam Magdeburgenſem P. I. cap. IX. diſt. 6.

a) L. R. Libr. II. art. 19.

b) Vicinitatem praeſcripſit ius Canonicum cap. 11. X. de purg. canon. *illud autem vos attendere volumus et mandamus, ut tales ad purgationem admittantur perſonae, quae vicinae ſint et honeſtae.* Hoc quidem iure, quia vicini rei vitam et honeſtatem melius, quam alii, edocti eſſe poterant. Quapropter idem ſaepius conſtitutum eſt c. 16. 19. C. II qu. 5. vid. etiam Weidleri Diſp. alleg. §. 19.

optima ſcientia apud eos eſſe poterat, veluti, ſi animal dicebatur furtivum, quod quis educaverat, ubi dicit Epkovius: c) der mag es mit mehrern Recht behalten, der es in Gewehren hat, ob ers ſelb drit ſeiner Nachpaurn gezeugen möge. Vt immobilia poſſideant compurgatores, beſeſſene Leut, erbſeſſener Leut, die dingpflichtig ſeyn in dem Gericht, alicubi etiam requiritur. d) Illud autem de Sacramentalibus inprimis notandum eſt, eos tantum de credulitate e) iuraſſe, ita quidem, ſe credere, illum, qui ſe iuramento purgavit, probum eſſe virum et vera dixiſſe. Hoc volunt ad unam omnes, quae de hoc ritu latae ſunt, leges. Ita enim iure Canonico ſcriptum eſt: f) *illi vero, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id ſolum tenentur iuramento firmare, quod veritatem credunt eum dicere, qui purgatur;* iure antiquo

c) L. R. Libr. II. art. 36.

d) Weichb. art. 104. 105.

e) Videatur etiam Heineccius Elem. Iur. Germ. Libr. III. § 217. Eam ob cauſam laudatus Weidlerus Diſp. cit. §. 16. ita deſcribit ſacramentales: *teſtes de credulitate vocabantur ſacramentales, homines nempe liberi, et integrae exiſtimationis, qui alterius, qui in criminis ſuſpicionem venerat, attamen nec confeſſus nec convictus erat, innocentiam, quam reus purgationis iuramento tuebatur, collaudabant, et quod eum pro inſonte, purgatorium vero pro rite et ſecundum veritatem praeſtito habeant, iurati affirmabant.* Sed non ſufficit. Iuratorum enim in civilibus etiam cauſis uſum, eorumque neceſſitatem ex parte quoque actoris, innumera illa produnt legum antiquarum loca, ut extra omnem poſita ſint dubitationem.

f) C. 13. X. de purg. canon.

antiquo Saxonico: g) wenn aber der Mann beſatzt wird, ſo muß der Kläger allererſt auf ihn ſchwören, daß er der that ſchuldig ſey, darum er geächtet ſey, daß ihn Gott alſo helfe, und die Heiligen, darnach ſollen ſchwören ſeine Gezeugen, daß ſein Eyd rein ſey, und nicht meineydig, alſo ſoll auch der Kläger und ſeine Zeugen ſchwören auf einen geächten Mann der um Ungericht in der handhafftigen That gefangen, und für Gericht bracht, und mit Urtheilen beſatzt wird; iure imperii: h) und ob der Beſchuldigte alſo gräßlich verdacht, daß er Mitpurgatorn vonnöthen, ſo ſoll zu Beſcheidenheit des Richters ſtehen, ihm die aufzulegen oder nicht, die denn ſchwören ſollen, daß ſie glauben, daß der oder die, ſo ſich mit dem Eyde entſchuldiget, recht geſchworen haben, idemque eſt in lege Miſenenſi, cuius infra fiet mentio. Attamen hanc regulam exceptionibus apud Saxones minime caruiſſe, ex Speculo Saxonico omnino comprobabitur. Ita enim quodam in loco Speculator: i) ſagt aber der Mann, daß er ihn (den Zinß) vergolten habe, daß muß er beweiſen ſelb dritte, die das ſahen und höreten, daß er ihn vergolten habe. Hoc, et alia, quae in libris iuris Saxonici inveniuntur, exempla k) nos docent, ſacramentalium iuſiurandum ſaepe etiam, praeſertim in cauſis civilibus, l) iuramenti verita-

 tis

g) L. R. Libr. III. art. 88.

h) Ord. Cameral. d. a. 1555. P. II. tit. X. §. 1.

i) L. R. Libr. I. art. 54.

k) L. R. Libr. I. art. 33. Libr. II. art. 6. 54. Libr. III art. 89. et alibi.

l) In criminalibus quoque dubium fuiſſe, aſſerere videntur Scabini Magdeburgenſes in ſententia ſupra citata P. I. cap. IX. diſt. 6.

tis quandam fuiſſe ſpeciem. Praeter hanc iuramenti huius formam hoc etiam acceſſit, quod coniuratores non ſinguli examinarentur, in quam ſententiam Magdeburgenſes Scabini m) reſponderunt: ob ein Mann Gezeugniß thun mag ſelbſiebend oder ſelb dritte, wie ihm das getheilt wird, ob der Richter und die Schöpfen die gezeugen ſondern mögen, und jeglichen beſonder fragen, was in von den Sachen wiſſentlich iſt, und an in erfahren, ob die Gezeugniß, die ſie führen ſollen, rechtfertig ſeyen, hierauf ꝛc etliche ſprechen, daß etliche Sachen ſein, da man die Gezeugen fürbringen mag, und ſie fragen, wovon in die Sache wiſſentlich ſey, als um vergoltene Schuld, oder desgleichen. So ſind auch Sachen, da man die Gezeugen nicht fragen darf, als der Kläger auf ſeinen vorfeſten Mann, wenn er die vorfeſtunge erzeuget, ſo ſchweret er, das er der Sache ſchuldig ſey, ſo ſollen ſeine Gezeugen ſchweren, das ſein Eyd ſey rein und nicht unreine. In ſolchen Worten oder Sachen, oder dergleichen, ſoll man die Gezeugen nicht fragen. V. R. W. et alibi: n) item es iſt ein Mann angeklaget mit Gezeuge, und iſt dem Antworter Gezeuge getheilet zu entgehen, nun meint der ankleger, die gezeugen ſollen ſonderlichen verhört werden, was die gezeugen wollen. Hierauf ꝛc der ſachwaldig ſoll ſchweren, darnach ſollen die gezeugen den Eyd ſtercken mit ſolchen Worten, das der Eyd ſey rein und nicht meineidig, als mir Gott helf und die Heiligen. Videntur tamen ea tantum obtinuiſſe in criminalibus cauſis, in civili-

m) P. I. cap XV. diſt. 5.

n) P. III. cap. IX. diſt. 3.

civilibus vero coniuratores omnino pro arbitrio iudicis ſingulos examinatos fuiſſe, quod non ſolum Scabini Magdeburgenſes, quamvis dubitanter, in ſententia iam allegata, ſed auctor etiam Speculi o) exponunt: welches Gezeuges aber ein Mann vor Gericht oder gegen dem Gericht volkommen ſoll, es ſey um Gut oder Gewehren, des ſoll ſein Gezeug vor auſſagen bey dem Eyd, denn ſoll er ſelber hernach ſchwören. De fatali autem, ſeu termino, ad producendos coniuratores nihil habeo, quod proponam, niſi quod litigantibus, excepto tamen actore in criminis manifeſti cauſa, indultum invenerim ſpatium Saxonicum. p) Supereſt, ut de fine, vi, atque poteſtate huius iuriſiurandi agamus. Eſſe autem communem huius cum aliis probationum generibus effectum, ideoque, diſputationem de eo videri ſuperfluam, non temere quidem aliquis coniiceret. Quaedam tamen reperio, quae notatu videntur digniora, quam ut plane praetermittantur. Parem quidem plerumque ſacramentalium numerum ex utraque parte, tam actoris quam rei, deſideraſſe exiſtimo Saxones, aliquando tamen minor ex parte rei, aliquando ex parte actoris, ſufficiebat. Iſtud obſervabis, ubi par videbatur eſſe utriusque commodum, illud, ubi rei, hoc, ubi actoris, partes putabantur favorabiliores. Solennia in his Speculatoris reliquorumque iuris Saxonici auctorum verba ſunt: er iſt ihm näher zu entgehen,



o) L. R. Libr. III. art. 88.

p) L. R. Libr. I. art. 62. Weichb. art. 86.

gehen, er iſt es näher zu behalten, denn ihn jener überwinden, überweiſen, überzeugen, mag. Eius rei aliquot exempla in medium producam. Et quidem numeri aequalis ex utraque parte haec ſunt. Si quis dominus a cenſito cenſum popoſcerat, manu ei tertia, ſe illum exegiſſe, erat iurandum, cenſito autem manu tertia, ſe ipſum iam ſoluiſſe. q) Si quis rem furto ſibi ablatam apud aliquem invenerat, hic autem manu tertia, eam ſe in foro ab aliquo, quem nominare tamen non poterat, emiſſe, demonſtrabat, a furti accuſatione quidem penitus abſolvebatur, reſtituere vero debebat rem domino, ſi dominium manu tertia aſſeruerat. r) Liberi, qui in ius vocabantur propter debitum a mortuo patre contractum, reſpondere ad actionem non tenebantur, niſi moniti ab actore manu ſeptima, quo facto, ſe, manu quoque ſeptima, poterant liberare. s) Ex his, ubi minor ex parte rei admittebatur numerus, allegaſſe ſufficiat ortum ſive nativitatem legitimam, quam manu tertia conſervabat reus, etiamſi actor contrarium ſeptima manu ſtatuerit. t) E contrario eum manu ſeptima in libertatem ſe oportebat vindicare, u) quem ſervum eſſe ſuum, actor manu tantum tertia iuraverat, adeoque hic maior ſacramentalium ex parte rei erat numerus. Cumque iuramento

q) Scab. Magdeburg. P. II. cap. I. diſt. 6.

r) L. R. Libr. II. art. 36.

s) Scabini Magdeb. P. II. cap. II. diſt. 11. et cap. III. diſt. 1. et 2.

t) L. R. Libr. III. art. 28.

u) L. R. Libr. III. art. 32.

mento ſimplici (eins hand) actoris plerumque ſatisfaceret iuramentum etiam ſimplex rei, ita ut hic abſolveretur, x) ſimplex iusiurandum actoris eo magis vi omni deſtituebatur, ſi reus cum duobus exceptionem probaret, veluti fiebat a conductore operarum, quoad ſolutionem mercedis. y) Sub conditione tantum abſolutum fuiſſe reum, cui aliquis rem alienam commodaverat, hoc ipſum manu quamvis tertia affirmantem; ut ſcilicet, actione a rei domino inſtituta, illi, qui rem commodaverat, litem denunciet, auctor eſt Epkovius noſter. z) Replica interdum manu tertia probata excludebat demonſtrationem exceptionis, veluti, ſi paſtor negaſſet, pecora ſibi, cum gregem ageret, tradita fuiſſe. a) Pari modo reus non audiebatur, ſi criminis manifeſti, obſervatis ſimul, quae lex poſcebat, accuſatus erat, ſed ſtatim banniebatur. b) Contra, ſi manu ſeptima probare poterat reus, quod, quem interfecerat, in furto, rapina, flagrantique occidiſſet delicto, abſolvebatur. c) Nihilo tamen ſecius ne haec quidem aſſeveratio excuſare eum poterat, ſi occiſi conſanguineus eum provocaret ad duellum. d) Aliquando etiam ordalio aquae in

x) Praeter alia exempla iam allegata vide etiam ſententiam Scabinorum Lipſienſium a Loſſio Speculo Sax. adiectam von Nothzog und Jungfrauſchwechern.

y) Weichb. art. 78.

z) L. R. Libr. III. art. 5.

a) L. R. Libr. II. art. 54.

b) L. R. Libr. I. art. 70.

c) L. R. Libr. I. art. 64. Libr. II. art. 69.

d) Libr. I. art. 64. cit.

in ſupplementum probationis uſos fuiſſe, cum dubia fuerit, uter plenius demonſtraverit, deciſio, invenies in iure provinciali. e) Caeterum condemnatum fuiſſe reum, qui cum ſeptima aut tertia manu victus eſſet, iuratores, quibuscum defendere ſe poſſet, non habebat, per ſe intelligitur. Id appellatum fuiſſe Nothrecht f) reperies a Scabinis Lipſienſibus g) verbis: wo aber der Kläger auf den Beklagten die Schuld mit Nothrecht gewinnet alſo, daß er zu den Heiligen, oder mit Gezeugen die vor Gericht erhalten und gewinnen müſte ꝛc. cum quo conſpirat ius municipale: h) welch Mann den andern um Schuld beklagt und gewinnet er die mit Nothrecht ꝛc.

Quamvis autem adeo frequens fuerit apud veteres Saxones conſacramentalium uſus, nihilo tamen ſecius ſequentibus temporibus in deſuetudinem abiit, ita, ut hodie omnino iudiciis ſit incogni-

e) L. R. Libr. III. art. 21.

f) Verbum Nothrecht vario venit ſignificatu, de quo Schottelius egit libro citato de iurib. ſingul. cap. 14. Obtinuit inprimis in cauſis, quae moram non patiuntur, veluti per ſtatuta Wratislavienſia, ſi agendum eſſet de rebus, quae ſervando conſervari non poſſunt, de animalibus, quorum pabula nimio comparanda ſunt ſumtu, ſi conductor aedium finita locatione cedere nolit, et quae ſunt alia. Anon. C. S. R. V. S. obſervat. pract. de iurib. in Sileſia uſitatis Libr. I. cap. III. Sect. VI. §. 19. ſeqqu.

g) In ſententia vom Vogtgeding und ſeiner Buße, quae etiam a Loſſio ſpeculo adiecta eſt.

h) Weichb. art. 91.

incognitus. Opinatur b. Weidlerus, [i] primos Saxones, incommodis [k] illius purgationis perſpectis, eam a iudiciis ſuis maturius removiſſe videri, vocatque in teſtimonium auctorem gloſſae ad iuris feudalis Saxonici cap. 19. haec citans verba: dies Recht, daß man ſelb ſieben zeugen ſoll, iſt abgelegt mit der Gewohnheit. Praeterea vir eruditiſſimus, argumentatur, quod ſi Saxones magnam teſtium veritatis multitudinem ſecundum cap. 13. Iur. feud. ſuperfluam et ad probandum minime neceſſariam putaſſent, veriſimile eſſe, eos multo magis ea aetate ſacramentales numero plures, qui tantum de credulitate iuraſſent, a foris ſuis abeſſe voluiſſe. Hoc etiam affirmat auctor proceſſus banni a Loſſio Speculo Saxonico adiecti: ob denn wohl der text daſelbſt ſaget von ſieben Gezeugen, die dazu gehören ſollen, ſo iſt es doch genung, ſo man zween oder drey Gezeugen hat, die es geſehen haben, denn Gott will, daß in zweyer oder dreyen Munde ein vollkräftig Gezeugniß ſtehe,

[i] Diſp. alleg. §. 23.

[k] Vtrum bona et utilis fuerit conſuetudo purgationis cum coniuratoribus, necne, nolo iam diſquirere. Veroſimilius tamen eſt, receptionem iuris Canonici et Romani, quorum utrique duorum teſtium numerus ſufficit, occaſionem dediſſe, ut ſacramentalium uſus obſoleuerit, quam, eos utilitate carere, fuiſſe creditum. Quomodo enim hoc inutile pronunciare poſſumus, ſi leges volunt, ut is, qui iuramento aliquid aſſerere ſtudet, aliorum duorum vel ſex hominum teſtimonio corroboret, fide eum eſſe dignum, cum certe non deſint, qui XII vel plurium vix teſtimonio hoc comprobare poſſint.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0035-9

ſtehe, (en radices iuris Canonici iam altius actas) das nehmen die Recht alſo an, darmit des Orts mit den ſieben Gezeugen dem Sachſen nicht nachgegangen wird. Imo, quod magis eſt, quaedam, quae huc trahas, in ipſo Iure feudali [l]) habes: Auf den angeſetzten Tag aber mag der Mann aus allen, die er angezeiget hat, ſieben kieſen. Vollkömt denn der Mann ſeines Gezeuges mit zweyen unter den ſieben, er behält den Sieg, thut ers aber nicht, er verleuſt ihn. E contrario tamen Heineccius [m]) ſcribit: *iura Saxonum et Suevorum diutiſſime hunc morem retinuerunt.* Et ſane, ut hac in re in partes Heineccii diſcedam, commoveor propterea, quod duobus tantum abhinc ſaeculis in ipſo Saxoniae territorio quaedam data ſit lex, quae idem purgationis genus expreſſis verbis expoſcit. Neque credibile eſt, ea lege ritum antiquum et abrogatum iamiam iterum in uſum revocatum fuiſſe, quin potius, legislatorem ius, quod diu conſuetudine obſervabatur, lege expreſſa tantum confirmaſſe, arbitror. Eſt autem haec lex anno MDXXXI lata a Georgio, qui Barbati ſive Divitis celebratur cognomento, Duce Saxoniae. Verba eiusdem, quoad huc pertinent, ita concepta ſunt: [n]) Wo aber der Mann nicht gewuſt, daß ſein Feld entgantzt wäre, und derhalben, ehe man Kübel und Seil eingewor-
fen,

l) Lehn-R. Cap. 24.

m) Elem. Iur. German. Libr. III. §. 218. in nota a.

n) Codex Auguſt. Tom. II. p. III.

ſen, ſein Erbtheil nicht gefordert, und er das ungefehrlich ertheuren würde, ſo ſolle ihm das, ehe Kübel und Seil eingeworfen, ſein Theil nicht gefordert, nicht zu Nachtheil reichen oder kommen; die Erteurung ſoll mit ſeinem ſelbſt Eyde beſtehen, doch daß Ziene beſeſſene unvortadelte Manne neben ihm ſchwören, daß ſie glauben, er habe recht geſchworen. Secundum hanc igitur legem undecima iurandum erat manu, et praeterea quam plurima in illa ex iſtis, quorum facta eſt mentio, requiſitis huius probationis ſpeciei, obſervabis, nimirum, ut compurgatores ſint honeſti viri, ut poſſideant immobilia, ut iurent de credulitate. Sed huius Georgii conſtitutionis uſus diuturnus non fuit, quippe cui anno MDXLVIII alio Electoris Mauritii edicto o) derogatum eſt, quo primus metallifodinae inventor iubetur, partem metallifodinae ad praedium, in cuius agro metalli vena detecta erat, pertinentem eamque haereditariam domino huius fundi intra certum tempus offerre, quam partem antea fundi dominus ipſe poſcere ab inventore fodinae tenebatur. Etſi autem hoc modo oſtendatur ipſo facto, conſuetudinem iſtam, quam pertractavimus, ſenſim exoleviſſe, nihilominus tamen hoc etiam apparet, eam diutiſſime in terris Saxonicis retentam fuiſſe atque obſervatam. Neque mirum eſt, cum iure Canonico, totque Conciliis, veluti Triburienſi, Agathenſi, Ilerdenſi aliisque, haec approbata fuerit purgatio, eandem etiam in

 iudiciis,

o) Cod. Auguſt. Tom. II. p. 115.

iudiciis, tanquam morem maximopere laudabilem, fuiſſe conſervatam. Propterea nec abſurda foret coniectura, ſi Lutheri b. m. reformationem eiusque in iura pontificia declamationes occaſionem crederes dediſſe, ut ſenſim paulatimque iudices, compurgatores poſtulare, deſierint. Praeterea modus lites in iudicio tractandi multas paſſus eſt mutationes, multa ex iure Romano, cui purgatores incogniti, adſcita, eamque ſine dubio ob cauſam cum aliis iuris veteris Saxonici capitibus vel ambagibus huic etiam coniuratorum neceſſitati contraria conſuetudine tacitaque principum voluntate derogatum eſt. Fallor aut veſtigium tamen aliquod iuris antiqui, puſillum quamvis, reperire mihi videor in atteſtatis, quibus plerique adhuc in litibus uti ſolent. Saepe enim ibi antiquorum legum reliquiae, forma mutata, ubi vix crederes, inveniuntur. Solent ſcilicet vulgus aliique, quando in ius vocati ſunt, curare, ut ſibi dentur teſtimonia ſcripta vel a ſculteto et ſcabinis, vel paſtore, vel domino, qui operas eorum conduxit, aliisque, in quibus de vita ſua hucusque bene acta, de cultu religionis, amore laboris, modeſtiae, temperantiae aliarumque virtutum fides fit, quae poſtea iudici offerunt, ne de ipſorum dubitet honeſtate. Hoc inprimis obſervavi in cauſis matrimonialibus, quibus de ſponſalibus per copulam ſacerdotalem perficiendis agitur. Cum enim his in cauſis reus actorem repudians, excipiendi ſtudio, non poſſit non allegare cauſas, quibus, merito actorem ſibi diſplicere, probet, veluti, eſſe actorem

pigrum,

pigrum, ludos amare, eſſe potatorem, aliisque deditum vitiis, rem ei fuiſſe cum aliis, et quae alia ſunt eius generis, actor, ea praeſentiens, praeparatus armatusque quaſi iſtiusmodi atteſtatis ad iudicium accedit, quamvis plerumque uſus horum armorum, quod facile eſt perſpiciendum, admodum ſit exiguus. Hic cum mihi iam ſubſiſtendum ſit, cauſam agam, cuius gratia iſta omnia praemiſſa ſunt.

Summi nimirum Numinis providentia factum eſt, ut Sereniſſimus Princeps, XAVERIVS, REGIVS PRINCEPS POLONIAE, SAXONIAE ELECTORATVS ADMINISTRATOR, *munus Profeſſoris Ordinarii Iuris Saxonici* in hac Academia indulgentiſſime in me contulerit. Quod inſigne MVNIFICENTISSIMI PRINCIPIS beneficium, ſicuti per omnem vitam devotiſſimo recolam animo, et more maiorum inſtitutoque oratione ſolenni munus rite capeſſam, ita, publice pro ELECTORIS NOSTRI CLEMENTISSIMI, FRIDERICI AVGVSTI, MATRIS EIVS CELSISSIMAE, MARIAE ANTONIAE, SERENISSIMI ADMINISTRATORIS, XAVERII, et totius SAXONICAE DOMVS ſalute ut vota concipiam, inter prima muneris pono officia. Vos igitur, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, PATRES CONSCRIPTI, OMNIVM ORDINVM DOCTORES, ASSESSORES,

HOSPITES, ET COMMILITONES GENEROSISSIMI AC NOBILISSIMI, ut hanc panegyrin, die Maii habendam honorifica veſtra exornare velitis praeſentia, omni, qua par eſt, oro rogoque obſervantia, ſtudio atque humanitate.

P. P. Domin. Iubilate A. O. R. MDCCLXVII.

ULB Halle 3
005 361 745

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0041-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0042-8

DE

# VSV CONIVRATORVM

## APVD SAXONES

DISSERIT

ET

AD AVDIENDAM ORATIONEM INAVGVRALEM

PRO RITE SVSCIPIENDO

PROFESSORIS IVRIS SAXONICI

IN HAC ACADEMIA MVNERE

D. MAII MDCCLXVII.

HABENDAM

INVITAT

D. ERNEST. GOTTFRIED CHRISTIANVS KLV̈GEL

FACVLT. IVRID. ET IVDICII PROVINCIALIS IN LVSAT. INFERIOR. MARCHIONATV ASSESSOR.

*VITEBERGAE*

EX OFFICINA GERDESIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-165653-p0043-4